



COLLECTANEA,  
QVIBVS VOCABVL  
POETICA, ET MODI LOQVEN-  
*di in toto Psalterio Buchanani difficiliores,*  
*& minùs aliàs obuij, perspicue*  
*explicantur.*

DE PARAPHRASTE IPSO  
Georgio Buchanan.

**N**T igitur more inscholis usitato de  
auctore quoque huius Paraphraseos  
aliquid dicamus, et quidem tantum,  
quantum in præsentia de eo inuesti-  
gare nobis licuit; paucis sic habe. Patria eum Sco-  
tum esse, et ubi Scotia sita sit, omnibus, ut puto,  
constat. Ipsum verò Buchananum nomen unde fit,  
non ita liquido omnibus notum esse puto. Vide-  
tur enim id ab ea parte Scotiæ fortè sibi aut maio-  
ribus suis natali accepisse, cuius ipse historiæ suæ  
Scoticæ libro primo his verbis meminit: Ad pla-  
gam Septentrionalem proxima Marriæ est Bu-  
chanania, Dona fluvio ab ea diuisa. Ea omnium  
Scotiæ regionum longissimè se in mare Germa-  
nicum.

A 7 nicum